



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,  
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

Caput IV. De Abortu, Occisione, Vulneratione & graui Percussione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

## Caput IV.

### De Abortu, Occisione, Vulneratione & gravi percussione.

#### Synopsis.

- I. Abortus est ejection fœtus immaturi.
- II. Animatio fœtus.
- III. Procuratio abortus.
- IV. Moderatio Sixtinæ.
- V. Occisio, mutilatio, percussio.

I. Abortus est ejection fœtus immaturi, sic nuncupari solitus, quod fœtus tempestiuè ortus non sit: qui si fuerit animatus, & eiicietur deliberatè & malitiosè per vim. v.g. aut potionem medicam, venæ sectionem, aliasq; causam,

&

A.

& quisquis auxilium, seu consiliū abortui subministrat [A] homicidiū patrat. Sin verò fœrus nondū animatus eiicitur, licet non committatur homicidium (quod exanimari nequeat quod manquām habuit animā) graue tamē peccatum cōmittitur, cum impeditur hominis futura vita, & homicidii finalio est prohibere nasci.

[A] Iuxta cap. Quod verò 32. q. 2. C.

cap. Aliquando. Nec referi quis eripiat animam, an disturbet nascitum, homo est qui futurus est: nam fructus in semine est.

II. Animari solet fœtus cōmutiter si mas sit, circa diem 40. fœmella circa 80. [A] Et si propter complexionē parentum sēpē varietur animationis tempus, debile quippe semen longius protrahit animationem, quod nimirum remissius ad membrorum formationem cōcurrat: Et è cōtra fortius, eius

con- B.

cōtrahit tempus formationis, ad eoq; etiā animationis, cum fœtus non nisi formatus animetur. [B]

[A] Communis Theologorum cum Aristotele. l. VII de Animalib. c. 3 excepto quod fœmellam circa 90 primum diem moueri seu animari tradat. In dubio præsumitur fuisse marem. Tan. d. 4. de Iustitia. q. 8. dub. 4. n. 59 qui cum Aristot. est. loco addit, nihil in hac re certi statui posse, ac proinde in praxi eligendam esse tutiorem partem, si dubium incidat. [B] Ioanv. Bapt. Scortix in selectas Constitut. Theorem. 376. ex ss. Hieronymo & Augustino.

III. Procurantes, scienter aut consilium, fauorem, auxiliū, præstantes ad creādum abortū, v.g. ut occultetur patris aut matris peccatum nè infamētur, etiā fœtus manimati Sixtus V. declarat incurse Irregularitatē & excōmunicatio-  
nē soli Papæ referuatā, & Clericos ipso

ipso facto præter irregularitatem  
omni priuilegio clericalis officii  
& beneficij Ecclesiastici priuari,  
etiam si delictum fuerit occultum,  
atque degradatos posse foro sæ-  
culari tradi sententiâ capitali pu-  
niendos. Iisdem pœnis puniri  
mandat, tam eos qui sterilitatis  
portiones, aut venena propinaue-  
rint, procurauerint, quam mulie-  
res applicantes, nè fœtum conci-  
piant. In Const edita Anno 1588. Ef-  
frænatam, quam explicat. cit. Scortia.  
Excipe eos qui virum redderent  
sterilem, cum mentio duntaxat  
fiat de prægnantibus mulieribus,  
& pœnæ non sint extendendæ ex-  
tra casum.

I V. Post moderationem Sixti-  
næ Constitutionis aliquæ pœnæ  
[A]procurantium abortum fœtus  
inanimi, aut præbentium mu-  
lieribus, aut mulierum sumentiu  
venena sterilitatis, vel quo cumq;  
tar-

tandem modo consilium vel auxilium praestantium reducuntur ad terminos iuris communis [B] & dispositionem Concili Trid. [C] Hinc siue laicus siue clericus abortum foetus inanimati procurans, aut prægnantem malitiosè abortiri faciens, non incurrit excommunicationem aut irregulatatem de iure communi: Neque venenatum aut medicatum poculum mulieri, vel viro propinans, quo facultas generandi impeditur: Præterea excommunication & irregularitas ex abortu foetus inanimati pœnitut tollitur. Neque excommunication ex abortu foetus animati amplius reseruatur Papæ, sed quilibet approbatus ab ea absoluere potest.

[A] *Gregorius XIV. in Const. Sedes Apostolica, ut nec irregularitas, nec excommunication incuratur à procurantibus abortum,*  
nisi

atem  
fficii  
uari,  
cum,  
o sæ-  
ipu-  
uniri  
itatis  
aue-  
ulie-  
onci-  
S. Ef-  
ortia,  
erent  
taxat  
bus,  
e ex-  
  
Sixti-  
œnæ  
œetus  
mu-  
entiū  
unq;  
tar-

nisi fœtus fuerit animatus. [B] Cap. sicut ex litterarum de homicidio, in quo reatus homicidii ex procurato abortu, adeoq; irregulari: as contrahitur, quando fœtus fuit animatus. Sess. 14. Cap. 7 iuncta declaracione. D. iuxta Constit. Gregorii XIV. ubi quoad pœnas procurantium fœtus animati abortum & homicidium ceditur, ut quilibet Presbyter ad fideliom Confessiones excipendas deputatus possit ab excommunicatione & peccato abortus in foro conscientiae absoluere. Prælatti tamen Regulares vi privilegiorum possunt subditos de reatu abortus conuictos in foro exteriori soluere. R. ed. t. 2. q. 35. a 4. §. circa quam. de dispensatione vero irregularitatis ex abortu fœtus animati contractæ, vide cit. Concil. Trident quod eam seuerè prohibet. Atq; ita Religiosus malitiosè procurans abortum fœtus animati seu consilium, auxilium præbens præter excom-  
muni-

municationem, irregularitatem, incidit in casum reseruatum, à quo ab eo tantum absolui potest, qui specia-  
liter à Religionis Antistite cum po-  
testate deputatur, ut infra pat-  
bit.

V. Religiosus iniuriosè occi-  
dens, mutilans, vulnerans, percu-  
tiens grauiter quamcunq; perso-  
nam, siue sit sacerdotalis siue Regu-  
laris vel Ecclesiastica, incidit in ca-  
sum reseruatum [A] et si Clericum  
lethali percussione lœdat, etiam  
excommunicatur [B] non tamen  
excommunicatio hæc in Religio-  
so Papæ, sed Prælato reseruatur:  
Ed ipso quod occisionem vel per-  
cussionem cuiusque personæ Pa-  
pa in Prælatum conferat absol-  
uendam.

[A] iuxta decretum Clementis VIII.

[B] ex Cap. Si quis suadente Diabolo.  
vide dicta supra & obserua hic et-  
iam percusionem in sæculari à

Reli-

Religioso iniuriosè & grauiter ex-  
ercitam sub reseruatione prohibe-  
ri, ita ut, quæ percusso inducit  
excommunicationem in Clerico  
laeso, talis etiam in laico reddit  
percussionem Prælato Religionis  
reseruationem.



Caput

I.  
II.  
III.  
IV.  
V.  
VI.  
VII.  
VIII.  
IX.  
X.  
XI.  
XII.